



XI, 83.



Faint, illegible handwritten markings or bleed-through on the right side of the page.



ANTHISTERIA

Celebrata IIX. Iduum Februar. Anni M. DC. XXI

in

floridissimo Salaidum Laureto

sub fascibus

Viri Magnifici, Clarissimi & Excellentissimi

DN. EUSEBII
SCHENCKII, MED.

Doct. celeberrimi, ejusdemque

Prof. Publ. dignissimi,

in quibus

Reverendus, Clarissimus & Excellentissimus Vir

Dn. BALTHASAR GUAL-
THERUS M. S. Lingg. Prof. Publ.

DAPHNITES Spectabilis,

ob exantlatos in Philosophico viridiario labores,

SOPHICI TITULI LAUREAM

solenni ritû inponebat

*Juveni-Viro Præstantissimo, Eruditissimo & Musarum
florido ornamento*

Dn. TILEMANNO OLEARIO
HALLIS-SAXONI,

quam condecoratam volunt

Dn. Præceptores, Fautores, Sympatriotæ
& Consalanci.

ε

Chalcographia Weidneriana.



EST commendandus, qui pollet
 robore dextra;
 Laudibus is vehitur, decorat
 quem gratia formæ;
 Censetur felix, auri cui copia præsto est;
 Esse satum, est aliquid, præclaro stemmate
 avorum;

At cunctos superat, decorat quæ cœlica virtus,
 Et qui mentis opes divina possidet amplas.
 Obtigit hocce tibi, juvenum cultissime nostrum,
 Et decus eximium: Nunc hinc tua tempora
 lauru

Cinguntur, digitique tui nova dona capessunt.
 Hoc, precor, ut felix tibi sit, patriæque, tuisque,
 Utque tuum meritis Genitorem faustiter æques,
 Doctrinaque virum clarum, virtuteque ma-
 gnum.

M. Theophilus Aenetius, Physicæ P. P.
 p. t. designatus Acad. Rector.



EXimii soboles OLEARI docte parentis,
Flos juvenum, Charitum Pieridumque decus,
Quos SALANA tibi meritos decernit honores,
Gratulor hos Patri, gratulor hosce tibi.
Fertilis hæc olea est, tales in frigore fructus
Quæ profert, verno tempore quanta dabit?

benev. affectus ergo f.

Job. Gerhard D.

Mlte tibi ingenium, sed non minus acre,
OLEARI,
JOVA dedit, patriis hoc tribuens pre-
cibus.

*Jure igitur viridi decorat tua tempora fronde
PALLAS: plura dehinc præmia JOVA dabit.*

*Zacharias Brendel Senior Med. D.
& Prof. Publ.*



Floscule Corycidum vernans, FILEMANNE, vigesce,
Fructusque proferre laborum
Incipe honoratos! sic Temet cœlite dextrâ
Decerpet Christo-sebea
In nostrô Sophies hortô; nec tetque corollam
Posthâc amaranthinam; ut inter

Lilio-

Liliolas, violas, rorem maris, atque rosillas,
Niteas pulcherrimus olim.

ἐξεδ.

Balthasar Gualtherus M. Prof.

Publ. Facult. Ph. Decanus.



Semper Avo, Patriq; tuo, Fratriq; Johanni
Et Salana tibi mater amicta fuit,
O Tilemanne; quater vobis pia tempora cinxit
Murice, quæ docti sarta Magisterij.
Et vestro merito. Quis enim præstantior alter
Hesbusio? major quis Genitore tuo?
Nec minor his olim Frater tuus ille fuisset,
Ingenij præstans, viribus, arte valens.
Sed cadit ante diem flor entibus integer annis,
Et tristi juvenis funere mersus abit.
Hic idem Genius patriæ vestigia fecit
Ut premeres gressu non remorante, domus,
Et Sophiæ victor summas evectus ad arces
Virtutis caperes justa brabeia tuæ.
Gratulor hos titulos, insignia, nomina, laudes,
Et precor ut servet, qui dedit illa, Deus,
Nec mea me fallat sententia: plura capeffes,
Et majora, tuo cum Patre dignus Avo.
Dij faveant cæptis & gnaviter orsa secudent:
Scilicet hæc voti summa caputq; mei.

Wolfgangus Heider M:

GLoria ab arte venit, si ritè colatur, abundans,
turpi nec quenquam morte perire sinit.

hinc

A 3

Hujus

Hujus ego testem te laudo, mi TILEMANNE!
quando Magisterii præmia digna capis,
& primos inter, ceu sidus nobile, fulges
non sine laude Tui, nec sine honore Patris,
Maeste isthoc animo! coeli sic itur ad astra,
& divâ à Sophiâ gloria magna venit.

συχαρμαλ & χάεν f.

Michael Volfius M. Log. &
Philos. primæ Prof. Publ.

Quid TILEMANNE boni Patris non-degener hæres
Me rogitas numeris metricis ornare novos,
Quos Salana tibi confert Academia, honores?
Anne Poëtarum me non ascribier amplo
Ordini, & incomptos versus me fundere nosti?
Ergo tuis quis honos exsurget honoribus inde?
Ast quia me flagitas versûs, tua ego expleo vota,
Elogiumque tuum, memori quod pellegat ore,
Posteritas, trinis inclusum versibus, ipso
Pallados in templo & suspendo in Apollinis arce:
JURE BONO MERITISQUE SUIS OLEARIUS AUDIT.
PHILOSOPHUS, LINGUÆ ET LATIÆ GRÆVEMAGISTER:
ADSERIT HOC PHŒBUS, FACTUM HOC PROBAT INCLU-
TA VIRTUS.

gratulabundus, honoris & amoris gratiâ
accinebat

M. Johannes Eschenburgius
Lubecâ Saxo, Facultatis Philosoph. Ad-
junctus.

Quid

Quid mirum Sophia quod nunc OLEARIUS alma
Præclaras lucretur opes Mercator olive;
Palladis est olea hæc, olea hæc est ipsaq; Pallas
Palladia merces, Mercator Palladiusq;
Mercatura tua hæc vigeat (Deus annue votis)
Clarius ut cunctis fias Olearius annis.

Fridericus Illricus à Brisse.

Certanti niveis paratus herbis
Orbis traditur: annulus novellis
Sponsis traditur: Haltico citato
Præit fistulicen. Mihi salinò
Communi Tilemanne junctus, audax
Es Certans, quia prælium subiisti
Cum Sophis animò potente: Sponsus
Es, cingit Sophies enim cupita
Latus: Multivadusq; es Halticus, nam
Migrasti citò ruminacione
Sylvam Aristotelis: Tibi ergo jure
Brabeutes nitidam litat corollam:
Vestit jure tuas manus coruscò
Aurò: fistulicen Tibi canorò
Præcinit strepitù, sonoq; suavi.

sic ludebat in gratiam Commensalis

Joachim Detlev von Borgk.
Scilicet

Scilicet haud fictum est: sua Di bona cuncta labore
Terrigenis vendunt; non pretio, at precibus.
Quod Tilemanne, tuis firmat vel sola Tiara
Reddita temporibus, cum tituloque novo:
Quem non quid ferat hic, ferat ille rogando novarum
Nactus; sed studiis invigilando tuis.
Ergo tuâ dignam sementi demete messem;
Et meritos Titulos accipe, & his frueri!

Commensali gratulabatur cariss.

Hans von Thill/Nob. Fr.

Virtutem labor, & virtus praecedit Honorem,
Ut labor est, dignus concomitatur Honos:
Assiduus Sophiae cultor Tilemanne fuisti
Ergo Magisterii jura verenda capis.
Grator, & ut crescas multum praecunte labore
Et virtute patris, semper honore: precor.

Christian Günther à Bodendorff.

Victori statuas veteres posuere Quirites,
Ac data pro merito florea ferta comis.
Sic tibi Musarum Proceres statuere trophaea,
Carmina sunt statuae, ferta corona notat.
His ego, ne votis ullo minor, addere trinum
Distichon hoc volui, cetera Musa negat.

Hac gratulationis ergo Dn. Commensali
suo statuebat.

Hans Georg von Brihle.

Magnus

Magnos honos magno nasci genitore, renasci,
Pallade lauriferà, major habetur honos.
Te penes utrumq; est Oleari oculissimè, temet
Quo-circa merito maximus ambit honor.
Maximus ambit honor tibi dum Thymbræus
Apollo

Dant meritos titulos Maonidesq; Dea
I felix titulo hoc; titulum vigilanter in annos
Cumæos servat prospera fata VALE.

Johann Georg von Ottera.

Verius an quicquam, dubito quis dixerit unquam:
Non datur ad Musas currere lata via.
Altior haud ulla est, via & haud angustior ulla,
Quam quæ Parnassi scandere summa docet.
Hoc iter occultam, durum summeque molestant,
Præter sudorem postulat ingenium.
Ingrediens illud nomen laudemque meretur;
Sed qui prosperiter finit, honore prior.
Istam ritè viam quia decurris TILMANNE,
Te laudes summas promeruisse patet.

*hec amico meo honorando fausta acclamationis ergo
ad pacere & volui & debui*

M. Hieronymus Prasorius
Hamburg.

B

Sie

Sic virtus **TILMANNE** jubet, sic almaque rerum
Cognitio, & pietas: te præmia justa laboris
Illa manere volunt, quo vendunt omnia Musæ.
Non etenim ignavis dant laudis ferta perennis,
Et genus omne bonum frugum consumere natis.
Hâc mercede tuâ fruere, & lætare paratis,
Quis ornare tuam gentem patremque beare,
Jure potes: meritò tantos tibi grator honores;
Numinis in laudem cedant hi ritè superni,
Commodum & inde tuum privum, multamque salutem.
Annuat his votis clementer Jova supremus;
Sincero hoc voto potui nil addere majus.

amicæ & faustæ gratulationis ergo deproperabat

*M. Reinhardus König/ Mar-
purg. Hassus.*



Ecce Noster eris! felix Tilmanne malignos
dum superas sentes, præmia digna refers
Gratulor, & faustis acclamo: DOCTE MAGISTER
votis, En carmen, quod mea Musa dedit.
Pergito nunc quocunq; vocat DEUS, alma potestas
det tibi, quod meruit Cura fidesq; patris.
Cura tibi famam pariet, sine crimine nomen
credo mihi, tandem præmia plura feres.

Honori & Amori sacrum v.

M. Arnoldus Mengerlingus Hall.

Sumere Doctrinâ & Virtute superbiam Honoris
Promeritam, insigne est indolis eximiæ.
Invictâ Virtute paratur Gloria laudis,
Doctrinâ passu quæ graditurque pari.

Hinc

Hinc etiam ingenii solertis Romulidarum
Architectuseo disposuit positu
Portam virtutis, nec non domum Honoris, ut illam
Nū transgressus, & hanc nullus adire queat.
Quem porrò lateat veri- Verbi vigor orti
Delphis, non Jenæ: Copia nulla datur
Artem discendi & tradendi, rectio nulla
Cui inservit Sophiæ? Spem capis absque Sopho
Interpres legum, Medicusve, Theologus esse?
Tu legulejuseris, tortor, inanilogus.
Virtus sed nostroque Sopho culmen tenet altum,
Vimine conclusum multiplicique via.
Quod sortis nostræ conatibus Arbiter altis,
Addixit, duro proq; labore dedit.
Si cui conanti contingit Gloria rerum,
Ejus in ingenio vis generosa sedet.
Indolis hæc bonitas, Olearie, Fratris imago
Ingenii magni Patris ut & decoris.
Indolis hæcque tuo bonitas & insita cordi,
Ut claris monstrant facta peracta notis,
Nam magno Sophiæ conamine per vada mensus
Portæ Virtutis limen & ingrederis.
Expetis, his non contentus, præconia Honoris,
Aonidumque altum scandis in Arce locum.
Maæ, Heliconiadum Charitumque ò impiger Heros,
Hoc insigne alacri mente capesse Decus!
Quod Tibi per digno confert præclarus Apollo;
Prosperet æternus Laureaserta DEUS!
Esto Honor iste Patri gratus, multisque saluti;
Donet & æternum Laurea sacra DEUS!

M. Johannes Forberg Altenburg.

TILMANNE, te jam vertice laureas
Phœbi corollas ferre, & adorea
Victoriosa munus ungue
Palmifera rescasse dextra,
Grator! Labori sic vario tuo
Tandem quod jus quod fas simul expetit,
Apollo respondet, locatq;
Te Sophia in cathedra verenda.
Et quid? recessus qui sapientia
Miratus est, mentis quoq; acumine
Rimatus, illisq; immoratus
Continuâ studii in quiete;
Qui scit peritoxena Sophismata
Dissolvere ungui: dissuere & plicas
Tricasq; tortas, apparatus
Quas suit ancipiti Sophista,
Qui & hæc & ista & plura scit benè;
Nonne hic Magistri voce vocabitur;
Albis veredis circum actus
Æthera per nitidum vehetur?
Recte in theatrum Phœbus amabile
Honoris infert, Teq; aliis velut
Virtutis exemplum erudita
Exhibet & jubet amulari.

Sed

*Sed tu. Magister, magno ab Apolline
Togam paratam, nobile premium
Multilaboris, quem tulisti
In calida studii officina,
Servato sartam, & postea pergito
Talem exerendo pectoris indolem,
Sic rite magnus auctiorem
Conciliabit honos honorem.*

F.

M. Georgius Vollandus Norimberg.



STirps non degener optimi parentis,
non Avo male ominatus hæres,
T I L E M A N I E; quis ingeni sit ardor,
quæ dos enthea, quæ Tibi polita
dos & moribus & sagacitate;
non vulgare meum est: adulta quamvis
conversatio, ludicrumque Halensis
id fari puerile possit astri.
Laudes sacra tuas Honoris ædes
G U A L T H E R I celebrat per ora docta,
docta Grajugenos, factosque fontes;
cum nomen titulò, caput tiarâ,
annulò digitum, libròque curas
præmunire jubet, tuæ indicinâ
libertatis, & eruditionis.
Sentis nempè quid indoles avita,
quid dos patria liberaliori
fervescens vigilantia potissit.

B 3

Hoc

Hoc gradire gradu; Patrumque nomen
quod gestas, decorabis utriusque,
excellens olei merista sacri.

quin, quondam tunc qui obiit! Magister, in Te
vivet artium ut æmulò suarum.

Sic proles niteas nitore Patrum:

Sic Patres niteant nitore prolis:

Sic frater niteat nitore fratris.

Quod nostrum est manibusque mentibusque
applausum demus; & Patri; & Magistro
gratantes, bona quæque devovemus.

ita metullitus poneb.

Petr. Philippß M.

Ille ego, qui quondam FRATRI gratabar amico;
illud amicitiae jure tibi refero,

O Oleari; olei qui plus, quam in sum se falem
argueris. Dubitæ? Disticha bina fero.

Jure, æquò Sophiae mactaris honore supremò,
pro vigili studio, pro pietate tuâ.

Concedat multum tibi Juppiter regum-fructum!

Felices Patriæ sint, tibi, sintque tuis,

A N N O

In proprills pagls VeXare Bohemia DisCors.

F.

M. Job. Faber Lavinga Palat. P. L. & Med. Stud.

VT Salana tuos Pallas decoravit honore
Crines, & tribuit præmia digna tibi.

Gratulor ex animo; Venus aurâ aspiret eadem

& donet Nympham Sala vel Hala tibi.

M. Johannis Germari Den-
stet. Thyrig.

Κἂν πρῶτον τὰ πρᾶτ' ἐμπυλῆ φαίνεται ἅπαντα
 Ἰσαῖον ἀλλ' ἔρδει πικρῖαν, ἄθλα, γλυκὺ.
 Εἰ δ' αὖ γὰρ καμᾶτα καλον τι πρᾶξε τις, ὄτλος
 καρπαλίμως ἀπέβη; εὐτὸ δὲ πρᾶχθ' ἐν αἰεὶ
 ἔμμενει: ἠὲ δὲ κακῶς τι ποιησ' ἰέρψης δ' αὖ, ἰᾶσον
 ἰέρψις ἀπολλύεται, δειλὰ δὲ ἔργα μένει.
 Τῆτ' ἔσση φανερὸν πρᾶδείγματι σὺ τοῦ Δίδασκιε
 τῶν αἰθλῶν μετέχον πολλ' ἀνιερὰ παθῶν,
 Τένεκεν οἱ μοχθῶν καὶ σὲ Τιλεμαννε βραβεῖων
 τῶν μὲν ἐπερχομένων, τῶν δ' ἀπανισταμένων.
 σοὶ γὰρ τῆς σοφίας δάφνη δίδοτ' ἠδὲν ἀφάρξῃς
 Ἄγλαια μισαίων δῶρα ἰοσεφάνων.
 οὕτως ἔδ' ἀπολεῖς τὸ μέγα κλέος ἔτε γελείσῃ
 Τένομά σ' ἔφρ' ἂν γῆ τε καὶ ἠέλιος.

Gratulationis ergo f.

M. Jeremias Schröter Görn-
wizensis Thuring.

Quas Dominus multâ ratione locarat & arte,
 Extruit & magnis reparat cum sumptibus ædes,
 Quilibet exemplum sibi sumat ut inde; sed ipse
 Successum nescit; neque scit quæ tempora durent:
 Fortè immundus, iners Hospes succedit, obortâ
 Tempestate gravi franguntur tegulæ, & (ipse
 Dum cum datur iners) ventis pulsantur & imbri
 Tigna domus, pariesque labant; sic disperit usus
 Ædium & ipsa ruit subitò structura Fabrorum.
 Perdedit haut operam fabrorum Olearius, amplum
 Cernitur hîc specimen VIRTUTIS, JENA Magistrum,
 Hunc proclamat; iners juvenis qui plurima perdit
 Cum RE, VIRTUTEM, FAMAMQUE, FIDEMQUE, DE-
 CUSQUE

Hic



Hic servat: precor: HIS vicens, valeasque Magister,
Atque diu præsis aris, patriusque salinis.

Amicitia ulterius demerenda gratia posuit

Heinricus Töbing Halla-Saxo.

T Am paucis quare præstem, præstare volebam
Quod pluribus, miraberis,

Mi Tilemanne, tibi:

Causa subest duplex, benè quam nôsti, quia Musas
Fures amici temporis

Impediére meas.

Et quia tarda fluunt mihi carmina; frigore adusta
Solidumq; nil penetrabili

Calliopeja crepat,

Interea grator tibi de virtutis honore,
Doctissimo de filio

Emeritoq; PATRI.

avτοξιδιος f.

Johannes Weinreich Hennacensis Thur.

Q Vem infomnem vigilemque videt Tithonia conjunx
Doctorem adfidua volvere scripta manu;

Et pia perpetuis Sophies mysteria curis
Perterebrare capit sertula coccinea.

Theilosophum stadium cursu qui currit anhelò
Illius vestit mitra rubella caput,

Tu non curâ Stagiritæ lemmata versus
Insipidâ, navâ mente sed illa libras:

Cæsariem non immeritò strophium Tuam adornat,
Purpureum manibus progenitum Aoniis.

Ultima dein Tibi sit cura invigilare sacratiss
Literulis, cinget sacra corona caput.

*Adfini suo Conterraneo ac Commensali de novis
gratatur honoribus*

Fridericus Rhün Halensis Saxo.

Quis

Quid juvat Herculeos vel sustinuisse labores,
Gnavis si desiat digna brabeia viris.
Quid juvat & summum, summo conamine, culmen
Scandere Parnassi, si favor omnis abest.
At te cuncta manent Phœbus quæ tradit Apollo
Musarum suboli; præmia, vota, favor.
Præmia conscripti Patres dant, vota favorem,
Turmatim jungunt, queis modo vena fluit,
Non tamen ipse piis jungam de pectore vota
Votis, nî presso tramite summa petes,
Atque patris Magni gnatus vel major honore
Evadesque tuâ templa beabis ope.

Fausti ominis & gratulationis ergo F. Commensali

*Michael Schellebergius Rombildâ
Francus.*

Aucte bonis animi, quamvis tua fulgida virtus
Digna fiet Musâ nobiliore cani,
Non tamen abicies testantia carmina mentem,
Que Tilemanne tibi scribere iussit Amor:
Gratulor Ergo novos, virtutis præmia, honores;
Gemma, tiara tibi prospera quæq; ferant:
Dij faciant, tibi nec dextris remorantibus adsint,
Ut, bene quod ceptum est, perficiatur opus:
Tuq; urge pia cepta tuis pro viribus, orna
Spartam, quam nactus, sedulitate tuam.
Fiet ita, ut poteris celebratum equare parentem,
Sicq; brevi claris annumerere viris.
Hæc ita procedant, successus addat jova,
Vota mihi à primis proxima sunt meis.

Amicitia Ergo Commensali suo dilectissimo
faciebat

Tobias Behmer Halberst.

C

Mirum

Mirum novum est: innupta Olea additur,
 Parnassiae Lauro, teneris comis
 Semper virenti: Quodq; multo
 Est gravius, Sapientiâ cum
 Micante, Pax connectitur optima.
 Iccircò Naturâ quia candida
 Concordia harum ritè rerum
 Sic reparante datur: Jehova
 Tibi Satori promere gratias
 Magnas subindè convenit omnibus.
 Hic nexus ille arctumque vinclum
 Quò religante diu manebit
 Pacis bonæ Concordia. Delius
 Adsit parens nunc Castalidum mihi,
 Qui suggerat vires valentes
 Claudere verba modis adaptis,
 Mi Tilemanne, his ut tibi gratuler,
 Fulgens sororum Phosphore Hiantium,
 Quem trina compages Dearum
 Mens quibus est eadem fidesque
 Intaminatis moribus expolit,
 Faustumque dicam pro Tibi tempore
 Splendenti nunc brabiò
 Conjugium Sophiâ ligatum;
 Cui sic paratâ consociaberis
 Virtute, nexu haut dissociabili,
 Ut Daphnidis sertum hoc virescat
 Perpetuumque vigescat opto.
 Maeste hoc brabio, maeste recens datâ
 Laurò, perenni maeste patris senis
 Virtute plantare inde olivas:
 Munera grata Deo repones.

Faustæ acclamationis ergò ludebat

Nicolaus Föbr Hall.

Sublimes

Sublimes aquila suboles ut ad aethera porrans,
Directis solem quò adspiciant oculis.
Te sic in primo Musæ, Tilemanne, Juventæ
Flore, ad Libetri summa tulere juga,
Cornu & Amaltheæ labro instillare pusillo
Succum Castaliæ, Nectareamq; dapem,
Ut tua mens - animi clausos lustrare recessus
Suescat, doctiloquo fundere & ore melos.
Maeste esto, Tilemanne! aquilam post fama silebit,
Eusebies aquilam te sed ad astra vehet!

Heinrichus Böttiger Halâ - Saxo.

Certè fuisti VIK; Tibi maximè
Cordi fuit cultos pluteò tuò
Capace deturbare libros
Imò & opistographum, Globumque;
Heic non quiescis: quin potius manû
Versas diurnâ pyctacium Sophi
Patris; dein noctu revolvis;
Nubiferi penetras penetral
Atlantis, & conamine transilis
Planè VIRILI! Pergito nisibus
VIRILIBUS, dotes VIRILES
Præmia erunt. Salicæ Cohortis
Musagetes jam constituit Tibi
Suprema niceteria didere;
Datore confertur Tibi æquò
PORTIO debita, THEILEMANNE,
Phœbi plicatam pollice Lauream
Tripudianti pectore subcipe,
Lætus comis comitis adapta
Germina glaucæ OLEARI OLIVÆ.

plūces appropinquans Vitreos Clitō Caliculis ardor,
DeLIUs en Pæan sacra brabela refert.

suo sibi

Communitate recti & salini juncto adposuit

Martinus Göbell e Saxonibus Halensis.

Cum Phœbea meum Tilmannum laurea cingit,
Adstat Theologiæ maxima Diva Sacræ,
Applausuque suo plures bona spondet honores,
Quos meritō & magnos contulit ante Patri:
Quod si Diva tuos tantū gratatur honores,
Cur tibi non paucis gratuler hinc meo?

Amico

Facieb.

Gotfridus Scheffer Halla-Saxo.

Quod tibi doctrinæ primi tribuantur honores,
Digna tui studii
Præmia; quod cingantur iam tua tempora lauru;
Quodq; novos titulos
Captes; quod Sophiæ tradat tū munera Phœbus
Aoniæq; sacra;
Causa hæc est: quod (crede mihi) curâ coluisti,
Fervidiore quidem
Musas, non horrens Phœbeia prælia; Quare
Talia voce refert
Pallas Thespiadum reëtrix: Hic noster alumnus
In Clariis vigilans
Est hortis sat versatus, nil liquit inausum
Visere quo potuit
Parnasi montem, penetralia & intima Mÿthōv;
Munere propterea
Hand vacuus linquendus erit; (sine munere namq;
Pœnitet esse, probum.)

Hic

Hic etiam Sophies cultor non fessus adhesit
Pigritiae scopulis,
Pocula non Circes curans, & semper abhorrens
Carmina blandifona
Sirenum, cauti se prabens instar Ulyssis.
Nunc igitur meritò
Accipe, qui Phœbi socius, perdocte Oleari
Hecce Magisterij
Munera: sed quæ? Cingentur tua tempora lauru,
Punicoq; caput
Tegmine, tî digitus fulvo decorabitur auro,
Famaq; perpetua
Concessa est. Omnes laudes doctrina Oleari
Has tua promeruit.
Præmia digna capis, quæ nunc tibi grator amice,
Præmia digna capis.
Christe novo infractas vires concede Magistro,
Stamina longa trabe
Illius vitæ, sic omni tempore laudi.
Serviet ille tuæ.

f.

Andreas Bartholdi Halensis.

Sicut in ancipiti Martis discrimine Miles
Versatus, finem cum mala bella trahunt,
Debita porrigier belli sibi munera poscit,
Ad patrios oprat si remeare lares.
Illius ut totum clarescat fama per orbem,
Quam censet factis præmia digna suis.
Sic Tilemanne eadem de te quis dicere posset,
Haftenus in $\sigma\phi\alpha$ qui quoque Miles eras,
Ergo Magistralis meritò tibi laurea cingit
Tempora, dein digito gemula danda tuo.

C 3

Quo-

Quocirca ex animo tibi tantos lætor honores
Offerri: Alma Trias quas benedicat opes.

gratulationis
gratiã scribebam,

Andreas Rörner/Cob. Fr.

STrenuus ut belli dux premia, adorem, honores
Militibus confert, qui multa pericula vitæ
Pro aris, proq; focis, patriã, pro religione
Pugnantes subiẽre, simul perferre labores
Quiq; cicatrices nec vulnera pertimuerunt,

Sic & pervigili studio qui castra sequuntur
Musarum, prompti multo sudore parare
Virtutem nec non doctrinam nocte dieq;
Scripta Stagiritæ volvunt, & dicta virorum
Clarorum repetunt, repetitaq; mente reponunt.

His immortales laudes famamq; perennem
Pro meritis Phœbus confert & digna brabeia:
Testis es, atq; alii tecum, TILÉMANNE OLEARI,
Cui rubram grator mitram titulumq; Magistri,

Gratulabundus
adponebat

Arnoldus Crusenmarcius Perlebergã
March.

INvia Virtuti via non est, janua laudis
Est, non ignavis, semper aperta, viris.
Quæ licet obscuris sit circumspecta tenebris,
Quæ variis possunt nos cohibere moris:
Attamen egregiam claræ Virtutis ad arcem,
Si volumus, recto possumus ire pede.

Sed

Sed decet innocuæ quæramus ut ocia vitæ,
Turpia ne laudis dulce moerentur iter.
Nam superi laudis multô sudore corollam,
Quærendam cunctis constituere viris.
Ergò hanc dum Tilemanne capis, titulumq; Magistri
Sudore, ingenio, quis meruisse neget?
Gratulor hanc Te iniisse viam cum laude, decusque
Gratulor ingenii te meminisse tui.
Dignus es Aoniâ quem doctus Apollo coronâ
Ornet, Doctorum dignus amore Virum.
Namque tuæ nobis solers industria mentis,
Et dona ingenii sunt bene nota tui.
Perge modò, quod Pièrides, quod doctus Apollo,
Quodq; tibi monstrat perface, Pallas, iter.
Fratris sic sequeris, Clari & vestigia Patris,
Theilogiæ & tandem sic quoque Doctor eris.

Honoris & amoris ergò amico suo carissimo

f.

Christianus Zellmannus Magdeb.

Saxo.

Tandem virtuti sua sunt stipendia clara,
Cujus OLEARI tu mihi testis eris.
Nam qui virtuti sudasti, & sedulus artes
Tractasti, laudis præmia magna capis.
Gratulor hanc Laurum, qua te insignire Salana
Dignatur, voveo, sit tibi faustus honos.

Gratulabundus facieb.

Johan. Camrath Magdeb.

Ue

UT laquear pondus tectorum sustinet omne
Quo sine, vix vento mota, repente ruunt:
Præmia Cæcropias sic suffulcire videntur
Artes, quæcûs demtis, hæc citò dispereunt.
Artis enim cultor, nisi commoda sentit, an, inquit,
Rem faciam quæ nil utilitatis habet.
Torquem miles amat, gratum petit histrio lucar,
Atque pugil sertum si bene certat habet:
Nec facilè est Momo bene sartum rodere morem,
Si tua luctator, Phœbe, brabea petit.
Hæc dum digna tuæ poscis Tilemanne Minervæ
Præmia, Thespiadis sternere fulcra cupis.
Perge modò, ut pergis, Musarum nectere flores
Gloria quin patriæ, patris, avi que sies:
Quin tibi doctrinæ magnos lucreris honores,
Quin quodam patri consimilere tuo,
Quin tibi præmultis multum donârit Apollo
Quin dignus talis sisque Magisterii
Non dubito. O felix cui tanta precantur honoris
Vota, quibus nunquam Fata docere queunt.
Sit licet ingentes livor suffundere rorchos
Audet, tu contra laude nitesce tuâ.

Animitus

f.

Heinricus Magk Ilmensis.

UT nitido radians villo Pegasus Jason
Phryxæa possit poscere vellus ovis
Non dubitat dubiæ vitam concedere pino,
Ignotoq; Noto pandere vela mari:

Non

Non dubitat celsus rate stellas manè fugante
Sole, rudi remo fundere pinnus aquas.

Non timet aripedes tauros supponere ara-
tro,

Martemq; infratres veçtere terrigenas.
Dentibus, & cristà, linguisq; sopire draco-
nem,

Terribilem, custos qui arboris aureæ erat.
Ut veras possis gazas acquirere Phæbi:

Artibus ut mentem condecorare queas:
Non te sudores varios variosq; labores

Nocte, die, piguit, ferre, subire, pati.
Non puduit manibus pedibusq; obstacula
cuncta

Tollere de medio, mittere ad Anticyras.
Huic velut Æsonides operam non sumsit nia-
nem,

Sic neq; tu frustra littora bobus aras.
Ille auro tandem potitur, spolioq; superbus
Attingit portus victor Joniacos-
Intrans tu Phæbi famem, virtutis et artis,
Deportas tyriam, pramia digna, mitram.

D

Propte-

*Propterea Æsonio inveniunt gratantur
Achivi,*

*Victoremq; tenent, sicuti grator ego.
Grator: Et ex animo, fortunet, docte Ma-
gister,*

Summus Jova tibi talia dona, precor.

Φιλίας ἔνεκα' scribebat.

Præstantissimo Dn. M. Olcario
Benedictus Schrickelius,

Difficilis scansu superatus Jô TIBI nunc est
Mons Parnassiadùm celsus Tilemanne Dearum,
Lõnga via, & sanè quæ est sentibus obsita multis.
Hinc superaggressi qui sunt, decorare vetustas
Jussit, ut impensi studij stipendia, laurum,
Acciperent, ac præ reliquis vexilla tenerent.
Hinc quoque, Pieridum decus adspectabile, dudum
A te quæ vigili fuerat quæsitæ labore,
Laurea, nunc capiti circumdatur incluta digno.
Hos ego collatos meritò tibi grator honores,
Et precor, ut sanus videas tot tempora vitæ,
Tristis hyems niveos floceos quot in ærea mittit,
Quò prodesse queas Patriæ simul atque propinquis.

Gratulabundus scripsit

*Philippus Riecker Ratis-
bonensis,*

Ex

EX animo Tilemanne novos tibi grator honores,
Queis te pro studiis incluta Jena beat.
Promerito hasce tuo tibi poscis docte Magister,
Dum modo conscentis conspicuam cathedram.
Nunc flores suaves prende his ornaq³ capillos
Quos cernes Phœbum mittere lauriferum.
Magna tibi à naturâ, nunc majora parantur
Prospera sic tandem tempore dona aderunt.
Patria per multum de te sibi spondei, & ipse
Magnus honoratâ conditione pater.
Nomine macte novo (quod mente medullitus opto)
Perge novis ausis ulteriora sequi.
Ut recte curras prægrandi ornatus honore,
Prote cui plenum pectus amore, vovet.
Christe meo voto feliciter annue, Christo
Auspice, jam rata sint, vota petita, vale.

animitus l.

Johannes Seiffart Wizenhausensis
Hessus,

F I N I S.





DN

SCI

Dn. H

Dn.

D C. XXL

reto

atissimi

BII

MED.

nque

nus Vir

GUAL.

f. Publ.

labores,

Musarum

EARIO

74

triotæ

ana.

